Fragmentarium

dixit. Aue gratia plena.
dn̄s tecum: benedicta tu ī
mulieribus. Que cum
audiſſet turbata eſt in
ſermone ei9. et cogitabat
qualis eſſet iſta ſaluta
tio. Et ait angelus ei.
Ne timeas maria: inue
niſti enī gratiam apud
deum. Ecce concipies ī
utero et paries filium: et
uocabis nomē eius ihm̄.
Hic erit magnus: et filius
altiſſimi uocabitur. Et
dabit illi dn̄s de9 ſedem
dauid patris eius: et re
gnabit in domo iacob
ineternū. et regni eius
non erit finis. Dixit au
tem maria ad angelum.
Quomodo fiet iſtud: qm̄
uirum nō cognoſco? Et
reſpondens angelus dixit
ei. Spiritusſanctus ſup
ueniet in te: et uirtus al
tiſſimi obūbrabit tibi.
Ideoq; et quod naſcetur
ex te ſanctum: uocabitur
filius dei. Et ecce elizabeth
cognata tua: et ipſa con
cepit filium in ſenectute
ſua. Et hic mēſis eſt ſext9
illi que uocatur ſterilis:
quia nō erit īpoſſibile
apud deū omne uerbum.
Dixit autem maria. Ecce
ancilla dnī. Fiat michi:
ſcdm uerbum tuum.
Credo ī unū deū. Off.
Gaudium et leticia īueniū
tur in ea gratiarū actio
et uox laudis. Secreta.
Oblationem tibi
dnē pro gaudiis
dilectiſſime matris tue
humili pariter prece deferi
mus exorantes. ut ſicut
noſtrorum es auctor gaudio
rum ipſe etiam ſis et
noſtri officii ſuſceptor
miſericors. Qui cū pa. vl. alia
de nat. Prefatio. de btā m. cō.
Exultauit ſpiritus me9
in deo ſalutari meo quia
reſpexit humilitatem an
cille ſue. Poſt com.
Protege domine
populum tuū et
quem diue matris tue p̄
ſidiis nō deſinis adiuuare.

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2444, 103r – Missale
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-vmcu/3689/38686)